

## Secundus phisicorum.

scuntur homines difformes et tamen non sunt preter solitum ibi vel dicitur q̄ insolitum non dicit raritatem facti sed excludit solitum cursum nature *S. L. in. ij. d. xvij. q. i. ar. iij. ad. ij.* Ad aliud dicit q̄ licet natura continuet operationem in generatione monstri non tamen intendit monstruositatem sed subiectum eius et hoc indiuiduum quod est sextus digitus. Cui tamen accidit q̄ sit sextus. Ad aliud dicitur q̄ monstro in vniuersali conueniunt aliqua predicta vniuersaliter dicibilia de ipso per diffinitionem. et sic de eo habetur scientia. Et per hoc patet quomodo fortuna potest diffiniri et ita de alijs. Si dicatur secundum philosophum fortuna est immanifesta ergo non diffinitur. Item melius est sic esse q̄ nichil esse ergo melius est esse monitrum q̄ nichil esse sed natura facit q̄ melius est ergo natura intendit monitrum. Item terminus generationis est intentus ab agente: sed monitrum aliquando est terminus generationis et finis quia per generationem acquiritur. Item aliquis pater deprauatus potest velle generare hominem monstruosum ergo monitrum est intentum a generate. Item peccatum est monitrum in moralibus sed difformitas peccati aliquando est intenta. vnde Augustinus dicit q̄ cum furaretur poma amabat ipsum defectum. Et Sanctus Thomas dicit. q. de malo. q. iij. ar. xij. q̄ quando quis vult aliquid quod scit esse malum iam ex consequenti malum vult non solum per accidens ad quartum et de verita. q. xxij. x. ad tertium voluntas est per se causa peccati. Ad hec dicitur q̄ fortuna quo ad predicata vniuersalia est cognita. Ad aliud negatur consequentia. Deinde dicitur q̄ peccatum potest esse intentum per se sed non primo. *S. L. opuscu. xxii. ca. i. dicit q̄ intendere ipsius nature nichil aliud est q̄ habere naturalem inclinationem ad aliquid.*

¶ Ad secundum dicitur q̄ causa prima simpliciter est causa per se et respectu malorum pene potest dici causa per accidens tamen vt causa per accidens non habet rationem prime cause. Et ad aliud negatur maior.

¶ Ad tertium dicitur q̄ effectus per accidens aliquando fit sepe quia homines vt in pluribus sunt mali sed. *S. L. dicit prima. q. xlix. ar. iij. ad quintum q̄ ista inferiora in quibus contingit malum nature vt corruptiones sunt pauca respectu corporum celestium in quibus nullus est effectus per accidens in elementis tñ bene est effectus per accidens vt patuit de pluuia sub cane. Et si dicat Astrologus potest iudicare de pluuia futura sub cane ergo non fit a casu. Negatur consequentia quoniam etiam scit predicere de monstro.*

¶ Ad quartum dicitur q̄ natura non semper eodem modo operatur quia alias nascerentur flores in hyeme nec proprie animalia habent prudentiam: sed ex instinctu nature et non per cognitionem futuri agunt.

¶ Ad quintum dicitur q̄ phisicus demonstrat per quamlibet causam pertinentem ad motum. vnde non habet etiam demonstrare quecumq̄ predicata de ente mobili nec de eis determinare nisi per medium phisicum possint cognosci. Et per hoc patet ad alia vnitas enim mathematica non in quolibet reperitur. vnde in deo trinitas personarum non est tri-

nitatis de genere quantitatis alias esset proportio tripla trium personarum ad vniam et per consequens proportio inequalitatis maioris. Et sic destrueretur equalitas in diuinis.



¶ Quartum sic proceditur i detur q̄ contingencia rerum non stet cum prouidentia dei quia bene sequitur deus hoc prouidit ergo ita erit sed antecedens est necessarium ergo et consequens. Forte dicitis q̄ antecedens non est necessarium nisi ex suppositione. Hoc videtur contra. *S. L. prima.*

*q. xiiij. ar. xij. et de veri. q.* Item quando aliquid est necessarium ex suppositione tunc fatuum est consiliari de opposito q̄ diu statilla suppositio si ergo deus habet prouidentiam de quolibet futuro tunc periret omne consilium. Forte dicitis q̄ oportet consiliari quia non est necessarium absolute. Contra licet contingens sit fortem moueri tamen fatuum esset consiliari ad faciendum ipsum non moueri supposito q̄ currat. Item videtur credere errorem gentium qui assumebant ad excusationem suorum peccatorum omnia prouenire ex fato quia frustratorum est stante prouidentia dei q̄ a erit oppositum consiliari. Si dicas q̄ gentiles ponebant res prouenire ex quadam necessitate absoluta hoc est falsum sed solum ponebant q̄ ita eueniret supposito q̄ sit ita fatatum. Sed contra. Natura agit propter finem quem non cognoscit secundum philosophum hic ergo oportet q̄ dirigatur a primo agente ergo primum agens vniuersale in causando scilicet deus habet prouidentiam de rebus.

¶ Respondeo dicendum q̄ multi doctores vt Gregorius de arimino in primo sententiarum dicunt deum non cognoscere aliquid extra se secundum Aristotelem et commenta. q. xij. metaphisic. l. c. li. dicit q̄ inconueniens est meditari de quibusdam. Item Si intelligeret aliud a se tunc sua substantia non esset intellectio eiusdem quia intellectum est perfectio intelligentis causaliter quia scilicet causat in intelligente suam perfectionem que est intellectio. Item aliquomodo dependeret a rebus a dextra quia intellectus depēdet ab intellectu. Sed contra hec obicitur quia secundum Aristotelem primo de anima. Deus esset insipientissimus si litem ignoraret. Item omnis scientia est in deo et maxime metaphisica. vnde propter hoc vocatur scientia diuina et symonides dicebat q̄ solus deus hunc habet honorem quia vult illam scientiam que est propter seipsam. vnde quia illa scientia non habetur perfecte ab hominibus putabat deum esse inuidum quod tamen reprobat. i. metaphisic. a philosopho. Item philosophus in libro de bona fortuna dicit q̄ deus est causa instinctum bene fortunatorum qui videt et futurum et presens. vnde propter hanc rationem dicit Gregorius q̄ philosophus contradicit sibi ipso. Sed hoc non videtur rationabile Doctor subtilis in. i. d. viij. non vult aristoteli imponere absurdiora q̄ ipse dicat vel q̄ ex dictis eius necessario sequitur et ex dictis eius vult rationabiliorē intellectū accipere que potest ita et nos facere debemus. Item aliq̄ iūt